

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**D. Erasmi Roterodami, Viri doctissimi, Parabolarum seu
Similium Liber elegantissimus**

Erasmus, Desiderius

Haganoae, 1520

Ex Lvciano, Xenophonte, ac Demosthene

[urn:nbn:de:bsz:31-270840](#)

D. ERASMI ROT. SIMILIA

Vt primum est expurganda bilis, unde nascitur insanía, deinde monendus homo, alioqui qui furiosum admoneat, quomodo debet procedere, quomodo se gerere in publico, furiosior sit ipso furioso. Sic primum animus est liberandus falsis opinionibus, postea tradenda praecepta philosophiae.

Vt qui ex claro sole redierunt in umbram, his caligant oculi. Ita qui a diuinorum contemplatione, ad humana recidunt.

Vt medici uerant admoueri remedia, cum morbus in accessu est, ac se uixit, sed cum se remittit. Ita ad primos illos irae aut doloris motus, non est adhibenda consolatio uel admonitio, sed ubi tempore coeperint esse leuiores.

Vt apparatus scena, quia cōmodato datus est, statim redditur, & sine querela. Ita quicquid in uita contigit magnificum, siue serius, siue mox a fortuna repetatur, æquo animo reddemus, si his tanquam commodatiis utimur.

Vt qui uariis tempestatisibus huc & illuc iactatus est, nec tñ peruenit, nō multū nauigauit, sed multum iactatus est. Sic qui diu uixit nec profecit ad bonos mores, non diu uixit, sed diu fuit.

Generosus equus melius gestabit sarcinam q̄ ignavum iumentum, nemo tamen imponit. Ita magna ingenia sunt quidem & ipsa idonea functioni munium, sed indigna quæ tam sordidis occupationibus onerentur.

Vt sydera mundi, si el paulū subsistant, aut aberrent, summo id omnium malo fiat. Ita principi cessare non licet. quod si facit magna rerum humanarum pernicie fit.

EX LVCIANO, XENOPHONTE, AC DEMOSTHENE.

VThistriōes Herculem in scenis, aut Agamemnonem rep̄sentantes personati, auro amicti, toruum tuentes, & late hiantes, tenuem & exilem ædunt uocem. Ita quidam in dialogis faciunt Platonem, aut magnos uiros loquentes, quorum pondus non possint ingenio tueri.

Bona fabula aliquando exibilatur, uitio histrionis male agen-

MILIA
tur infans, de
nec, quoniam
tiose, frigida
pluvia, que
bris caligin
ana, redi
mores, et n
illor, et tra
demon, et
datur, et
agmina, et
pelema, et
et. Sequi
dantur, et
ignam, et
fiant, quoniam
am, fons, et
benet, et
er, quodlibet
E, ac
anem, et
et, et, et
alogi, frater
ondus non po
nis male ap

EX LVCI. XENO. DEMOS. XXXVII.

tis. Ita bona oratio displicet, si quis parum apte referat:

Vt Momus tauri opificem deum carpsit, quod non præposuis-
set oculos cornibus, ubi maxime erat opus. Ita pepperam faciūt,
qui coronas in uertice ponunt, cum sub naribus magis adponi con-
ueniat, ut plurimum uoluptatis ex odore possint haurire.

Vt non omnes insaniunt, qui Phrigiam audiunt tibiam, sed hi
duntaxat, quos Rhea corriput. ita non commouentur philoso-
phiæ laudibus, nisi qui ad eam natura sunt propensi.

Quod tibiæ sunt ignaris musices. hoc opes his, qui nesciunt uti.

Vt qui primo musicen discunt, citharas aliquot perdunt & ob-
terunt. ita magno reipublicæ malo administrat magistratum, q
rudis accedit & imperitus.

Vt bilanx in eam uergit partem, unde plus accipit. Sic qui-
dam nunc huic, nunc illi fauent, qui plurimum det, non cuius cau-
sa sit optima.

**EX ARISTOTELE, PLINIO,
THEOPHRASTO.**

EX omni genere curiositas hominum signa collegit instantis tē
pestatis. At multo magis conueniebat hac uti diligentia in cō
sultationibus, ut obseruat experimentis coniciant, quid malo-
rum ex uno quoq; perperam instituto consequatur;

Vt cœlo quamvis sereno, nubecula quamlibet parua uentura p
cellosum dabit. Sic rebus admodum pacatis, ex minimo dissidio,
grauissimi rerum motus subito exoriuntur.

Vt ranae ultra solitum vocales tempestatem significant immi-
nentem. ita cum plurimum ualet apud principes oratio malorum,
bonis tacentibus, tum instat rerum perturbatio.

Echinus præsentiens tempestatem, aut affigit sese, aut harena
faburrat. ita cum imminent fortunæ tumultus, animus est philoso-
phiæ præceptis confirmandus.

Vt imperiti tempestatem non sentient nisi sero, sucq; malo, cō
tra prudentes agricolæ prospiciunt, cauentq;. ita uulgus hominiū
improudum suo malo discit, cum interim uir sapiens procul præ-
uisum malum uitet, ut Democritus metente fratre ardentissimo

K